quiſquam · neq; ſi pati potuiſſet. orbis terrarum bello concuſſus foret. Cetera multitudo uulgi more magis quã iudi/tio poſt alius alium quaſi prudentiorez ſecuti. per idem tempus maledictis ini/quorum occupande rei p. in ſpem aducti homines. quibus omnia probro ac luxu ria polluta erant. concurrere in caſtra tua 7 aperte quietis mortẽ rapinas. poſ/tremo omnia que corrupto animo lube bat. minitari. exquis magna pars ubi neq; creditum condonare. Neque te ciui bus ſic uti hoſtibꝫ uti uident. defluxere. pauci reſtitere. quibus maius otium in caſtris quã Rome futurum erat. tanta uis creditorum impendebat ſed ob eaſdẽ cauſas inmane dictu eſt. Quanti 7 quã multi mortales poſtea ad Pompeium diſceſſerunt. eoque per omne tempus belli quaſi ſacro atque in ſpoliato fano debitores uſi. Igitur quoniam tibi uic/tori de bello atq; pace agitanduz ẽ. hoc uti ciuiliter deponas. illa quam iuſtiſſi/

ſima ⁊ diuturna ſit. de te ipſo primũ qui ea compoſiturus es. quid optimuꝫ factu ſit exiſtima. Equidem ego cuncta impe/ria crudelia magis acerba quam diutur na arbitror. Neque quemquã in multis metuendum eſſe quin ad eum ex multis formido recidat. eam uitam belluꝫ eter/num ⁊ anceps gerere. quoniaꝫ neque ad/uerſus neque ab tergo aut lateribꝫ tutus ſis. ſemper in periculo aut metu agites. Contra qui benignitate ⁊ clementia im/periũ temptauere. iis leta ⁊ candita om/nia uiſa. etiam hoſtes nequiores quã alij ciues haud ſcis An, qui me his dictis cor/ruptorem uictorie tue nimiſqꝫ inuictos bona uoluntate predicent ſcilicet quod ea. que externis natiõibus natura nobis hoſtibꝫ Noſqꝫ maioreſqꝫ nr̃i ſepe tribue re. ea ciuibꝫ danda arbitror. Neqꝫ Bar/baro ritu cede cedeꝫ ⁊ ſanguinẽ ſanguine expianda. An illa q̃ paulo añ hoc bellũ in

Cn. Pompeium uictoriamq; sullanam
increpabantur. obliuio interfecit Domi
tium Carbonem Brutum alios item nõ
armatos neque in prelio belli iure. Sed
postea supplices per sũmum scelus inter
fectos plebem Romanam in uilla publi
ca pecoris modo conscissam. heu quã illa
occulta ciuium funera & repentine cedes
in parentum aut liberorum sinum fuga
mulierum & puerorũ uastatio domuu;
Ante partam a te uictoriam Seua atq;
crudelia erant. Ad que te iidem illi hor/
tantur. & scilicet id certatum esse utrius
uestrum arbitrio iniurie fierent. neq;
receptam sed captam a te rem. pu. & ea
causa exercitus stipendijs confectis opti
mos & ueterrimos omnium aduersum
fratres parentisq; alij liberos armis con
tendere. ut ex alienis malis deterrimi
mortales uentri atq; profunde libidini
sumptus quererent. atq; essent oppro/
bria uictorie. quorum flagitijs comma/
cularetur bonorum laus. neq; enim te

preterire puto qualis quisq; eorum mo/
re aut modestia etiam tum dubia uicto
ria se se gesserit. quoque modo in belli ad
ministratione scorta aut conuiuia exer/
cuerint. Nonnulli quorum etas ne per
otium quidem talis uoluptatis sine de/
decore attingerit. De bello satis dictum
De pace firmanda. quoniã tuque 7 om/
nes tui agitatis. Primum id queso con/
siderare qualis sit de quo consultas. ita
bonis malisque dimotis. patenti uia. ad
uerum perges. ego sic existimo. quonia;
orta omnia intereunt. qua tempestate
urbi Romane fatum excidij aduentarit
ciuis cũ ciuibus manus conserturos. ita
defessos 7 exanguis Regi aut nationi pre
de futuros. aliter non orbis terrarũ ne/
q; cuncte gentes conglobate mouere aut
cõtundere queunt hoc imperiũ. Firman
da igitur sũt uel cõcordie bona uł discor
die mala expellẽda. id ita eueniet si sũptuũ

⁊ rapinarum licentiã dempseris nõ ad uetera instituta reuocãs. que iam pridem corruptis moribus ludibrio sunt. Sed si suã cuique rem familiarẽ finẽ sũptuũ statueris. quoniam is incessit mos. ut hoĩes adulescẽtuli sua atque aliena cõsumere. Nihil libidini atque alijs rogantibus denegare. pulcherrimũ putẽt eam uirtutẽ ⁊ magnitudinem animi. pudorẽ atque modestiã pro secordia estiment. Ergo anĩus ferax praua uia ingressus ubi cõsueta nõ suppetiit fertur accensus in socios modo. modo in ciuis. mouet composita ⁊ res nouas ueteribus cõquirit. quare tollendus ẽ fenerator ĩ posterũ. uti suas quisque res curemus Ea uera atque simplex uia ẽ magistratum populo nõ creditori gerere. ⁊ magnitudinem animi in addendo non demendo Rei publice ostendere. atque ego scio quam aspera hec res in principio futura sit presertim iis. qui se in uictoria licentius liberiusque quam artius futuros cre/

debant. quorum si saluti pocius quã libidini cõsules. illosq; nosq; ⁊ socios in pace firma constitues. sin eadem studia artesq; iuuentuti erunt. ne ista egregia tua fama simul cum urbe Roma breui concidet. Postremo sapiẽtes pacis causa bellum gerunt. laborem spe otij substentãt Nisi illam firmã efficis. uinci an uicisse quid retulit. quare capesse per deos Rem publicam ⁊ omnia aspera uti soles peruade. Nanq; aut tu mederi potes. aut omitẽda est cura omnibus. neq; quisquam te ad crudelis penas aut acerba iuditia inuocat. quibus ciuitas uastatur magis quã corrigitur. sed ut prauas artis malasq; libidines ab iuuentute prohibeas. Ea uera clemẽtia erit cõsuluisse. Ne merito ciuis patria expellerẽtur. retinuisse ab stulticia ⁊ falsis uoluptatibus. pacem ⁊ concordiam stabiliuisse. nõ si flagitijs obsecutus delicta perpessus. presens gaudium cum mox futuro malo cõcesseris.

ac mihi anim? Quibus rebus alij timēt
maxime fretus est negotij magnitudine
Et quia tibi terre ⁊ maria simul omnia
componenda sunt. quippe res paruas tan
tum ingeniū attingere nequiret. magne
cure magna merces ē. Igitur prouideas
oportet. uti plebes largitionib⁊ ⁊ publi/
co frumēto corrupta. habeat negotia sua
quib⁊ ab malo publico detineatur. Iuuē
tus probitati ⁊ industrie nō sumptibus
neqꝫ diuitijs studeat. Id ita eueniet. si pe
cunie que maxima omniuꝫ pernities est
usum atqꝫ dedecus dempseris. Naꝫ sepe
ego cum aīo meo reputans quib⁊ quisqꝫ
rebus clari uiri magnitudīeꝫ inuenissēt.
queqꝫ res populos natōe sue magnis au/
toribus auxissent. ac deinde quib⁊ causis
amplissima regna ⁊ imperia corruissent
eadem semper bona atqꝫ mala reperiebā
omnesqꝫ uictores diuitias contempsisse
⁊ uictos cupiuisse. neque aliter quisquaꝫ

extollere sese ⁊ diuina mortalis attinge-
re potest. nisi omissis pecunie ⁊ corporis
gaudijs animo indulgens non adsentãdo
neq; concupita prebendo peruersam gra
tiaz gratificans. sed in labore paciencia
bonisq; preceptis ⁊ factis fortibus exer
citando. Nam domũ aut uillã extruere
eam signis auleis alijsq; operibus exor-
nare. ⁊ omnia potius quã semet uisendũ
afficere. idest nõ diuitias decori habere.
sed ipsuz illis flagitio esse. Porro eis qui
bus bis die uentrem onerare. nullã noc-
tem sine scorto quiescere mos est. ubi a-
nimum queз dominari decebat seruitio
oppressere. ne quicquam eo postea hebeti
atq; claudo pro exercito uti uolunt. Nã
inprudẽtia pleraq; ⁊ se precipitat. Verũ
hec ⁊ oĩa mala pariter cũ honore pecũie
desinẽt. Si neq; mḡratus neq; alia uulgo
cupienda uenalia erunt. ad hoc prouiden
dũ ẽ tibi quonã mõ Italia atq; prouĩtie

tutiores sint id quod factu haud obscu/
rum est. Nam iidem omĩa uastant suas
deserendo domos ⁊ per iniuriam alienas
occupando. Item ne uti adhuc militia ĩ
iusta aut inequalis sit. cuꝫ alij triginta
pars nullum stipendium facient. ⁊ fru/
mentum id quod antea premiuꝫ ignauie
fuit. per municipia ⁊ colonias illis dare
cõueniet. qui stipendijs emeritis domos
reuerterint. Que Rei publice necessaria
tibiqꝫ gloriosa ratus sum quaꝫ paucissi/
mis absolui. Nõ peiꝰ uidetur pauca nũc
de facto meo disserere. Pleriqꝫ mortales
ad iudicandum satis ingenij habent aut
simulant. uerũ. N. ad reprehẽdenda ali/
na facta aut dicta ardet omnibus ani/
muˢ. uix satiˢ apertũ oˢ aut lingua prõp
ta uidetur. quom edita pectore euolat
quibus me sebiectum haud penitet. ma/
gis reticuisse pigeret. Nam siue hac seu
meliore alia uia perges. a me quidem

pro uirili parte dictum et adiutum fu-
erit. reliquuum est optare uti que tibi
placuerint. ea dij inmortales adprobent
beneque euenire sinant.

Ad. C. Cesarem.
Oratio De Re
Publica.

Scio ego quam difficile atque
asperum factu sit consiliū dare
Regi aut Imperatori. Postre-
mo cuiquam mortali cuius o-
pes in excelso sunt. Quippe cum et illis
consultorum copie adsint. neque de futu
ro quisquam satis callidus satisque pru-
dens sit. Quin etiam sepe praua magis
quā bona cōsilia prospere eueniūt. Quia
plerasq; res fortūa ex libidīe sua agitat.

Sed michi studium fuit adulescentulo Rem publicam capessere atque in ea cognoscenda multam magnamque curam habui. nō ita ut magistratū mō caperez quez multi malis artibus adepti erant. Sed etiā ut rem. p. domi militieqz quantūqz armis uiris opulētia posset cognitū habuerim. Itaqz mihi multa cū animo agitanti consiliuz fuit famā modestiāqz meā post tuam dignitatē haberi. ꝛ cuius rei lubet periculū facere. dum quid tibi ex eo glorie acciderit. Idqz nō temere neqz ex fortuna tua decreui sed qz in te preter ceteras artem unā egregie mirabilez compi. semper tibi maiorem in aduersis quam in secūdis rebus animū esse Sed preter ceteros mortales illa res clarioꝛ est. quod prius defessi sunt hoīes laudando atqz admirādo munificentiā tuā quā tu ī faciūdo. que gloria digna essēt. Equidez mihi decretū ē nihil tā ex alto repiri posse. quod nō cogitāti tibi ī promptu sit

Neque ego que uisa sunt de re publica tibi scripsi. quia michi consilium atque ingenium meum amplius equo probaretur. Sed inter labores militie interque prelia. uictorias. Imperium statui admonendum te de negotijs Urbanis. Nã que tibi si id modo in pectore consilij est ut te ab inimicorũ impetu uindices. quoqȝ modo contra aduersum consulem beneficia populi retineas. indigna uirtute tua cogitas. sin in te ille animus est. qui iam a principio nobilitatis factionẽ disturbauit. plebem Ro. ex graui seruitute in libertatem restituit. in pretura inimicorum arma inermis disiecit. domi militieqȝ tanta ⁊ tam preclara facinora fecit. ut ne inimici quidem queri quicquã audeãt. nisi de magnitudine tua quin tu accipe ea que dicaȝ de summa re publica. que profecto aut uera inuenies aut certe haut procul a uero. Sed quoniaȝ Cn. Pompei⁹ aut animi prauitate aut qꝛ nihil eo maluit. quod tibi obesset.

Ita lapsus est . ut hostibus tela in ma/
nus iaceret . Quibus ille rebus Rem
publicam conturbauit. eisdem tibi resti
tuendum est . primum omnium sum/
mam potestatem moderandi de uectiga
libus sumptibus iudicijs Senatoribus
paucis tradidit plebem Ro. cuius antea
summa potestas erat. Ne equis quidem
legibus in seruitute reliquit iudicia tam
7 si sicut antea tribus ordinibus tradi/
ta sunt . tamen iidem illi factiosi regunt
dant. adimunt . que lubet . innocentis
circumueniunt. suos ad honorem extol/
lunt . Non facinus non probrum aut
flagitiuz obstat. quo minus magistrat⁹
capiant. quos commodum est. trahunt
rapiunt. Postremo tanquam urbe cap/
ta libidine ac licentia sua pro legibus
utuntur. ac me quidem mediocris doloꝛ
angeret . si uirtute partam uictoriam
more suo per seruitium exercerent .
sed homines inertissimi. quorum omnis

uis uirtus que in lingua sita est. forte atque alterius secordia dominationem oblatam insolentes agitant. Nam que seditio aut dissentio ciuilis tot tam illustris familias ab stirpe euertit. aut quorum unquam in uictoria animus tam preceps tanque immoderatus fuit. L. Sulla. cui omnia in uictoria lege belli licuerunt. tam q si supplitio hostium partis suas muniri intelligebat. tamen paucis interfectis ceteros benefitio quaz metu retinere maluit. A. Herculem Catonem. L. Domitio cererisque eiusdem factõnis quadraginta Senatores. multi preterea cum spe bona adulescentes sic uti hostie mactati sunt. Cum interea importunissima genera hominum tot miserorum ciuium sanguine satiari nequiere Non orbi liberi. Non parentes exacta etate. Nõ luct⁹ gemit⁹ uiroꝝ mulieruꝫ

immanem eorum animuz inflexit. quin acerbius in dies malefaciundo ac dicun/do dignitate alios. alios ciuitate euersuz irent. Nam quid ego de te dicam. cuius contumeliaz homines ignauissimi uita sua commutare uolũt. scilicet neqz illis tante uoluptati ẽ. Tam ⁊ si insperantibꝫ accidit dominatio quãto merore tua dignitas. quin optatius habent ex tua cala/mitate periculum libertatis facere quã per te. P. R. Jmperiuz maximũ ex magno fieri. quo magis tibi etiam atqz etiã animo prospiciendum est. quonã modo rem stabilias communiasqz. mihi quidẽ que mens suppetit eloqui non dubitabo. Ceterũ tui erit ingenij probare que uera atqz utilia factu putes. Jnduas ptes ego ciuitatẽ diuisã arbitroꝛ sic ut amaioribus accepi in pr̃es ⁊ plebẽ. antea ĩ pr̃ibꝫ sũma auctoritas erat. uismlto maxia ĩ plebe. itaqz sepiꝰ ĩ ciuitate secessio fuit sempqz nobibitatis opeꝭ diminute sunt

⁊ uis populi amplificatum . sed plebs eo libere agitabat . quia nullius potentia super leges erat. neq; diuitijs aut sup̄bia sed bona fama factisq; fortibus nobilis ignobilem anteibat. humillimus quisq; in armis aut in militia. nullius honeste rei egens. satis sibi satisque patrie erat. Sed ubi eos paulatim expulsos agris. inertia atq; inopia incertas domos habere subegit. cepere alienas opes petere libertatem suā cum re publica uenalē habere Ita paulatim populus. qui domin⁹ erat cūctis gentib⁹ īpitabat dilapsus ē. ⁊ pro cōmuni imperio priuatim sibi quisque seruitutē peperit. Hec igitur multitudo primū malis morib⁹ ībuta. deiñ inartis uitasq; uarias dispalata. nullo modo inter se congruens. parum mihi quidem idonea uidetur ad capessendam rem pu. Ceterum additis nouis ciuibus magna me spes tenet fore ut omnes expergiscantur ad libertatem. quippe cum illis libertatis retinende. tum hijs seruitutis

d

amittende cura orietur. hos ego censeo permixtos cum ueteribus nouos in colonijs constituas. Ita et res militaris opulentior erit. et plebs bonis negotijs impedita. malum publicum facere desinet. Sed nō inscius neq; inprudens sum quo mea res agetur. que seuitia queq; tempestates hominum nobilium future sint. cum indignabūtur omnia funditus misceri. Antiquis ciuib⁹ hāc seruitutē īponi regnum deniq; ex libera ciuitate futurū ubi unius munere multitudo ingens in ciuitatē peruenerit. Equidē ego sic apud animū meū statuo. malū facin⁹ in se admittere. qui incōmodo rei. p. gratiā sibi cōciliet. ubi bonū publicū etiā priuatim usui est. id uero dubitare adgredi secordie atq; ignauie duco. M. druso semp cōsiliū fuit intribunatū sūma ope niti pro nobilitate. neq; ullā rē ī principio agere ītendit. nisi ille auctores fuerāt. sed hoīes factiosi quibus dolus atq; malitia fide cariora erant. ubi intellexerūt per unu;

8

hominē maximmum beneficiuꝫ multis mortalibus dari uidelicet sibi quisque conscius. malo atqꝫ infido animo esse de. M. druso iuxta ac se existimauerunt. itaque metu ne per tantam gratiam so/lus reruꝫ potiretur. contra eam nisi sua ⁊ ipsius consilia disturbauerūt. quo tibi imperator maior cura fideique amici ⁊ multa presidia paranda sunt. hosteꝫ ad/uersuꝫ deprimere. strēnuo homini haud difficile est. occulta pericula neqꝫ facere neqꝫ uitare bonis in promptu est. Igitur ubi eos in ciuitatem adduxeris. quoniaꝫ quideꝫ renouata plebs erit. in ea re max/ime animum exerceto. ut colantur boni mores. concordia inter ueteres ⁊ nouos coalescat. sed multo maximum bonum patrie ciuibus tibi liberis. postremo hu/mane genti pepereris. si studiuꝫ pecunie aut substuleris. aut quoad res referet. minueris. aliter nꝫ priuata res nꝫ publi/ca neqꝫ domi nꝫ militie regi pōt. nā ubi cupido diuitiaruꝫ inuasit. neqꝫ disciplina

neq; artes bone neq; ingeniū ullu; satis pollet. quin anim⁹ magis aut min⁹ ma/ ture. postremo tamen succūbat. sepe ia; audiui qui reges que ciuitates ⁊ natiões per opulentiā magna imperia amiserint que per uirtutem inopes ceperant. Ideo haud mirandū est. Nam ubi bonus dete riorem diuicijs magis clarum magisq; acceptu; uidet primo estuat. multaq; in pectore uoluit. Sed ubi gloria honorem magis in dies uirtutem opulentia uincit animus ad uoluptatem a uero deficit. quippe gloria industria alitur. ubi eam dempseris. ipsa per se uirtus amara atq; aspera ē. Postremo ubi diuitie clare ha/ bentur. ibi omnia bona uilia sunt Fides Probitas Pudor Puditia Nā ad uirtu/ tē una ardua uia ē. Ad pecuniā quacuiq; lubet. nititur ⁊ modis ⁊ bōis reb⁹ ea cre atur. Ergo ī primis auctoritatē pecunie demito. n; de capite n; de honore ex co/ pijs quisquā magis aut min⁹ iudicauerit

sic ut neq; pretor nep; consul ex opulen/
tia uerũ ex dignitate creetur. sed de ma/
gistratu facile populi iudiciũ fit. iudices
a paucis probari ragnum est. ex pecunia
legi inhonestũ. quare om̃s prĩe classis iu
dicare placet. sed numero plures quã iu/
dicant. neq; rhodios neq; alias ciuitates
unquã suoꝝ iudicioꝝ penituit. ubi pro/
miscue diues ⁊ paup ut cuiq; fors tulit
de maximis rebus iuxta ac de minimis
disceptat. sed magistratibꝫ creãdis haud
mihi quidem absurde placet lex quam
C. gracchus in tribunatu promulgaue/
rat. ut ex confusis quinq; classibus sor/
te centurie uocarẽtur ita coequãtur dig
nitate pecunia uirtute anteire alius ali
um properabit. Hec ego magna remedia
contra diuitias statuo. nã p inde oẽs res
laudantur atq; appetuntur ut earu; re/
ru; usus ẽ malitia p̃mijs exercetur. ubi
ea dempseris. Nemo oĩum gratuito ma/
lus est. Ceterum auaritia Belua fera
immanis intolleranda est quo intendit

oppida agros fana atque domos uastat. diuina cum humanis permiscet. neq; ex ercitus neq; moenia obstant. quo minus ui sua penetret. Fama puditia liberis pa tria atq; parẽtib⁊ cuneos mortalis spoli at. Verũ si pecũie dec⁹ ademeris. magna illa uis auaritie facile bonis morib⁊ uin cetur. atq; hec ita sese habere taz ⁊ si om nes equi atq; iniqui memorant. tamen tibi cum factione nobilitatis haud medi ocriter certandũ est. cui⁹ si dolũ caueris alia oĩa procliua erũt. nã ii si uirtute sa tis ualerent. magis emuli bonorũ quam inuidi essent. quia desidia ⁊ inertia stu por eos atq; torpedo inuasit. strepunt. obtrectant. alienã famaz bonaz suũ dede cus estimant. Sed quid ego plura quasi de ignotis memorẽ. M. bibuli fortitudo atq; aĩ uis ĩ cõsulatũ erupit. hebes ling ua. magis malus quaz callidus ingenio. Quid ille audeat qui ꝯsulat⁹ maximũ ĩ periũ maxĩo dedecori fuit An. L. domiti

magna uis est. cuius nullũ membrũ a fla
gitio aut facinore uacat. lĩgua uana. ma
nus cruente. pedes fugaces . que honeste
nomĩari nequeũt. inhonestissima. Vniꝰ
tamẽ. M. Catonis ingenium uersutũ. lo/
quax. callidũ. haud contemno. parantur
hec disciplina grecoruꝫ. Sed uirtus uigi
lantia laboꝛ apud grecos nulla sũt. quip
pe qui domi libertatẽ suã per inertiam a
miserint. censes ne eoꝝ p̃ceptis imperiuꝫ
haberi posse. Reliqui de factione sunt in
ertissimi nobiles. in quibus sicut institu
to. preter bonuꝫ nomen nihil est addita
mẽti. L. Postumij. M. Fauonij mihi ui
dentur quasi magne nauis superuacanea
honera esse. ubi salui prouenere. usui sũt.
Siquid aduersi cohortuꝫ est. de illis po/
tissimũ iactura fit. quia p̃cij minimi sũt.
nũc qm̃ sic ut mihi uideoꝛ de plebe reno/
uanda corrigẽdaqꝫ satis disserui. De sena
tu que tibi agenda uidẽtur dicã. postquã
mihi etas ingeniumque adoluit. haud
ferme armis atqꝫ equis corpus exercui

sed animū in litteris. cogitaui. quod nā
firmi⁹ erat id ī laborib⁹ habui. atq; ego
in ea uita multa legendo atq; audiendo
ita cōperi oīa regna Itē ciuitates ⁊ nati/
ones usq; eo prosperū īperiū habuisse. dū
apud eos uera cōsilia ualuerūt. ubicūq;
grā timor uoluptas ea corrupere. Post
paulo īminute opes Deiñ ademptū im/
periū. postremo seruit⁹ īposita ē. Equidē
ego sic apud animū meū statuo cuicūq;
in sua ciuitate amplior illustriorq; loc⁹
quā alijs est. ei magnā curam esse rei. p.
Naz ceteris salua urbe tantūmodo liber
tas tuta est. qui per uirtutē sibi diuitias
decus honorem pepererūt. Vbi paulū in/
clinata res. p. agitari cepit. multipliciter
animus curis atq; laboribus fatigatur
aut gloriā aut libertatem aut rem fami
liarez defensat amnib⁹ locis odest. Festi/
nat quāto in secūdis reb⁹ florentior fuit
tanto ī aduersis asperius magisq; anxie
agitat. Igitur ubi plebs senatui sic uti
corp⁹ aīo obedit. ei usq; ꝯsulta exequitur

patris cõsilio ualere decet. populo super uacanea est calliditas. itaq; maiores nostri cum bellis asperrimis premerentur equis uiris pecunia amissa. nũquã defessi sũt armati de imperio certare. nõ inopia erarij. non uis hostium. non aduersa res ingentez corꝝ animũ subegitz. Quin que uirtute ceperant simul cum anima retinerent. Atq; ea magis fortibus consilijs quã bonis prelijs patrata sunt. Quippe apud illos una res. p. erat. Ei omnes consulebant. factio contra hostis parabatur Corpus atq; ingeniũ patrie non sue quisq; potentie exercitabat. At hoc tempore contra ea hoĩes nobiles quoꝝ animos secordia atq; ignauia inuasit. ignari laboris hostiũ militie domi factione ĩstructi per superbiã cũctis gentibꝰ moderãtur. Itaq; patres quorũ consilio antea dubia res. p. stabiliebatur. oppressi ex aliena libidine huc atq; illuc fluctuãtes agitãtur interdum alia deinde alia decernunt.

uti eoruz. qui dominātur simultas aut gratia fert. Ita bonū malumqz publicū estimant. quod si aut libertas equa om/nium aut sententia obscurioz esset. maio ribus opibus res. p. ⁊ minus potens no/bilitas esset. Sed quoniā coequari gratia omniuz difficile est. quippe cuz illis ma/iorum uirtus partam reliquerit gloriā dignitatez. clientelas. Cetera multitudo pleraqz insititia sit Sententias eorum a metu libera. ita in occulto sibi quisque alterius potētia carioz erit. libertas iux ta bonis ⁊ malis strenuis atqz ignauis optabilis est. Verū eam pleriqz metu de serunt. stultissimi mortales. quod in cer tamine dubiū est. quorsū accidat. id per inertiā in se quasi uicte recipiūt. Igitur duabus rebus cōfirmari posse senatum puto auctus per tabellā sententiaz feret Tabella obtentui erit. quo magis animo libero facere audeat. in multitudine ⁊ presidij plus ⁊ usus amplioz est. Nā fere his tēpestatibꝫ alij iudicijs publicis. ali priuatis suis atqz aīcoꝝ negotijs īplicati

haud sane rei. p. consilijs adfuerunt. Ne
q; eos magis occupatio quã superba im/
peria distinuere. Homines nobiles cum
paucis senatorijs. quos additamenta fac
tionis habent. quecunq; libuit probari
reprehẽdere decernere ea uti libido tulit
fecere. Verũ ubi numero senatorũ aucto
per tabellam sententie dicentur. Ne illi
superbiam suam dimittent. ubi iis obe/
diendum erit. quibus antea crudelissime
imperitabant. Forsitan imperator per/
lectis litteris desideres quem numerum
senatorum fieri placet. eat quoq; modis
in multa 7 uaria offitia distribuatur.
Juditia quoniam prime classis mittẽda
putem que descriptio qui numerus in
quoq; genere futuris sit. Ea mihi omnia
generatim describere haud difficile fac/
tu fuit. sed prius laborandum uisu; est
de summa cõsilij idq; tibi probãdu; uerũ
esse si hoc itinere uti decreueris, cetera in
promptu erũt. Volo ego consilium meũ

prudens maximeqꝫ usui esse. Nam ubi cunqꝫ tibi res prospere cedet. ibi mihi bona fama eueniet. Sed me illa magis cupido exercet quocunque modo quã pri muꝫ res publica adiutetur. libertatem gloria cariorem habeo. Atque ego te oro hortorqꝫ ne clarissimus imperator galli ca gente subacta. P. R. summum atque inuictum imperium tabescere uetustate ac per summam secordiam dilabi pacia/ris. profecto si id accidat. Neqꝫ tibi nox neque dies curam animi sedauerit. quin in sonniꝭ exercitus furibundus atqꝫ ea mens alienata mente feraris. Namque mihi pro uero constat omnium morta/liuꝫ uitaꝫ diuino numine inuisier. neqꝫ bonũ neqꝫ malũ facin⁹ cuiusquã pro nihi lo haberi. Sed ex natura diuisa p̃mia bo/nos malosqꝫ sequi. Interea forte ea tardi us procedũt. suuˢ cuiqꝫ aĩus ex ↄscientia spem prebet. quod si te cum patria atqꝫ parentes possent loqui. scilicet hec tibi

dicerent o Cesar Nos te genuimus. fortis
simi uiri in optima urbe. decus presidiū
q; nobis. hostibus terrorem. que multis
laboribus ⁊ periculis ceperamus. ea tibi
nascenti cum anima simul tradidimus.
patriam maximam in terris domu; fa/
miliamq; ī patria clarissimā. Preterea
bonas artis honestas diuitias. postremo
omnia honestamenta pacis ⁊ premia be
lli. Pro iis amplissimis beneficiis nō fla
gitium a te neq; malum facinus petim⁹
sed uti libertatē euersa; restituas. qua re
patrata profecto per gentis omnis fama
uirtutis tue uolitabit. Namq; hac tem/
pestate tam ⁊ sidomi militieq; preclara
facinora egisti. tamē gloria tua cū mul/
tis uiris fortib⁹ equalis ē. Si uere urbe;
amplissimo noīe ⁊ maximo īperio prope
ia; ab occasu restitueris. Quis te clarior
quis maior ī terris fuerit? quippe si mor
bo ia; aut fato huic īperio secus accidat
cui dubiū ē. quin p orbē terrarū uastitas

bella cedes oriantur. Quod si tibi bona lubido fuerit patrie parentibus gratifi/candi posteroqꝫ tempore re publica resti tuta super omnis mortales gloriã agita tuaqꝫ unius mors uita clarior erit. Nã uiuos interdum fortuna sepe inuidia fatigat. Vbi anima nature cessit. demptis obtrectatoribꝫ ipsa se uirtus magis ma/gisqꝫ extollit. Que mihi utilissĩa factu uisa sunt. queqꝫ tibi usui fore credidi quam paucissimis potui perscripsi. ceterꝝ deos immortalis obtestoꝛ. ut quocunqꝫ modo ages, ea res reiqꝫ publice prospere eueniat. Finis Deo Gratias.

Christe deꝰ uere sancte genitricis amore.
Corporis ac anime sit tibi cura mee.
Hostis ab insidijs cũctis hac nocte tuere.
Peccaui fateor tu miserere mei.



